



**Forma subventionis pauperum quae apud Hyperas
Flandrorum urbem viget, universae reipublicae Christianae
longe utilissima**

<https://hdl.handle.net/1874/26388>

6

FORMA SVB VENTIONIS PAVPERVM QVAE APVD HYPERAS Flandrorum vrbem viget, vniuer- sæ Republicæ Christianæ longe vtilissima.

AD LECTOREM.

Res noua rem sumas, rerum studiose nouarum
Ferre voluptatem res noua sæpe solet.
Immo aut̄ vetus est res, nō noua, cognita priscis
Gentibus, & nostris cognita temporibus.
Primitua suos Ecclesia pauit egenos,
Quos mendicatum non tulit ire vagos.
Hæc quoq; nostra souent inopes frugalibus escis,
Sæcula, cum vietu dando salutis opem.
Ergo diu poterit noua res, nouitate placere
Si vetus est, veteri more placere queat.
Sive antiqua velis, noua siue resciscere lector
Hæc tibi quam cernis pagina nosse dabit.

Antuerpiæ apud Martinum Cesa-
rem, Anno. M.D.XXI.

LECTORI CANDIDO SALVTEM.

Diu multūq; hactenus disputū est apud viros vnde cū p̄dō & t̄m̄os, quānam potissimum ratione, tantæ pauperum multitudini, quæ passim oīosa vagari suerit, cōsideretur. Porto cum variis modis hoc idem pl̄eriq; in locis suis letat attentatū: nulla cōstantior, nulla commōdior, deniq; nulla expeditior est reperta, quā ea quē apud Hyperios Flandrenses iam nupet in lucē prodīit; atq; annis ab hinc non paucis Senatus populiq; applausu obseruata est. Eam itaq; formulis cutauimus excudendam: siue quo, vti speramus, laudatissima institutio ad alios aliquando perueniret: siue quo iis vtcuncq; satisficeret, qui disuersa ab Hyperiis exemplaria vnde quaque postulabant. Credimus nimirū Reipublice Christianæ felicius aliquādo successurum si publica hæc pauperū subuentio, ad exteris quoq; nationes propagaretur. Neminem autem mouere debet, quod res noua sit aut non omnibus æque perspecta: cum a Theologis Parrisiinis approbata sit, per Cæsarem Augustissimum iam demum confirmata: per Reuerendissimos Cardinales, nempe Dominū. D. Campegium, & Dominum. D. Lothoringium, gratiarum, veniarumq; diplomatibus adornata: deniq; cum reperta sit, atq; in usum tracta a sanctissimis Christi Apostolis, quorum utiq; veltigia in hoc negocio imitari nunquam vitio nobis vertendum putauimus, immo longe pulcherrimum esse duximus. Vale candide Lector. Boni quoq; & æqui consule si non tam aptis, quā par est, verborum coloribus institutionem hanc depinxerimus. Plus enim sensa huc spectantia, quā Rhethorum pigmenta duximus obseruanda. Iterum vale.

SODE CAVSIS

PRAECLARVM HYPERI-
ORVM SENATVM AD HANC
subuentionis pauperū formā mouen-
tibus, abrogata prioris status
publica mendicatione.

TAICORUM pauperū habere rati-
onē nō tā Reipublicæ nostræ cō-
moditas, quā debita eis Christi-
anæ legis pietas, nos magnum in-
modū cōmouit. Duarū enim rerū naturam
nostram deus voluit esse studiosam: religi-
onis, scilicet, & humanitatís: Illa vtiq; nos
cum deo: altera vero cum homine coniun-
git, quippe quæ sola vītæ cōmunis in se con-
tinet rationē. Fit itaq; vt humanitatem se-
quut̄, magnopere iuuare studeamus quos
nō solū sacra religione: sed ciuiliū quoq; re-
rū communione diuina nobis cōiunxit pro-
uidentia. Spectat certe ad omnes tam Eccle-
siastici q̄ politici ordinis rectores, vt paupe-
rum habeāt rationē, ne per incuriam, cum
iauctura salutis, periclitetur, quos Christia-
na lex oībus in cōmuni cōmendat alendos.
Misericordiæ quidē ideo oībus commune
præceptū: vt cōmuni pauperum causa, cō-
muni iuueſ patrocinio. Porro non aliā ob-

A.ij. causam

LIBER DE SUBVENTIONE
causam architectrix illa rerū natura homi-
nē animal effinxit pium atq; benignū: q; vt
alter alterū pietate prosequeretur. Quomo-
do enim per naturalē colligationē, humani
corporis partes sibi inuicem in necessitate
cōpatiuntur; ita certe qui sumus corporis
mystici mēbra per charitatis & fidei cōiun-
ctionē, debemus quibus opus est misericor-
diter opē obtrudere. Ecquis itaq; ab offi-
cio charitatis tā erit alienus, vt pauperes in
hoc sēculo habitos sicut περιστημα diutius
cōniuentibus oculis, sine pietatis beneficio
prætereat: quibus quicquid erogatur, per
idē acceptū Christus habet ac sibi impende-
retur. Hactenus certe tāq; oues dispalatae,
per vicos, per cōpita, villas, & oppida, vn-
dīq; squallore & sordibus obsiti, frigore, lā-
gore, nuditate, siti, fame, misere cōfecti cir-
cūagabant, quasi nō Christiani absq; vitę
ordine, absq; salutis ratione, sacra oīa negli-
gentes, & ne Christū quidē vlla veneratio-
ne colentes. Mirū dictu quomodo perditū
ibant, malo parentū exēplo adolescētes, q; p
pe qui a prima ætate, a teneris annis, in ocio
& desidia infelicitæ aeducati, pessimisq; di-
sciplinis ex malorū sodalitio, quibuscū ob-
uersarent imbuti, veluti ex nutrice corrup-
tissimos mores suixerunt, Quicquid v̄spia
vitiorū

PAUPERVM HYPERIORVM.

victorū, quicquid venenī: id totum aranea-
rū instar hauserunt, malā inde telā qua im-
becilles irretirent, cōtexentes, Sed & eo di-
lapsa erat mendicandi modestia, vt non qui
plus egerēt: sed q̄ plus auderēt, passim plu-
ra acciperēt. Ita nimirū ad questum plēriq;
vitā adornarāt, vt eleemosynā nō quidem
vt gratuitum beneficiū: sed veluti tributū
iure sibi debitū, tyrannice expostularent.
Creuit audacia, creuit insolētia, & que sub
prætextu paupertatis obducebatur impo-
stura, quotidie incremētum accepit. Nihil
non audebat: oīm aures, & fores mira im-
portunitate pulsabant: tenues spoliabāt: di-
uītes quasi prestigij scircūueniebāt: deniq;
nullū vsquā præteribant, vnde nō quantū
possent suis incātamētis extunderēt. Acces-
sit quoq; ad cumulū malorū, q̄ rem bona fi-
de (vt fit) in remedium necessitatis erogatā
in luxū voluptatis profundere non dubita-
rēt. Adeo certe malicia multorū oculosob-
cœauerat, vt non viderēt sibi vitio dari, si
quā a deuoto populo eleemosynā corroga-
rēt ad vitæ vsum, flagitiosē dilapidarent in
vsum culpæ. Quid plura? de vitæ corrup-
tela, de virtutū naufragio, ac morū pernitie
nō attinet dicere. Nulla mendicorū pars, q̄
nō in vitiū pertraheretur: tāetsi per se alioz.

A.ij. quin

LIBER DE SUBVENTIONE

qui ne quoque proclivis. Nusquā inter eos
frugalitatis ratio: nusquā parsimonię locus
oia præpostere ac promiscue per illos con-
fundebantur; oia sursum deorsumque volue-
bant. Adeo certe processerant in vitiū, vt
quo amplius progrederent vix haberent.
Vbique de modestia, de frugalitate, patiētia
humilitate, ac verecundia ita actum erat: vt
ne vestigia quidē ullavquam superessent.
Astutiores stipem bonis debitā, vel impu-
dēter præripiebant, vel harpyarum instar e-
faucibus bolū intercipiebāt: famescētibus
interea domi debilibus, verecūdis, humili-
bus, vere egenis: quibus potissimū populi
fuerant beneficia cōferenda. Quo factū est
vt plārique metuerent, ne magna suæ benefi-
centię pars: in improbos erogata periret:
atque ob id causæ a largitione cessarent, rati-
se beneficiorū fructū frustratū iri. Político
proinde statuto opus erat, quo inolita vitio-
rū consuetudo, ordoque præposterus tollere
tur: ac virtutum regula pauperibus seruan-
da præscriberetur.

¶ De causis mendicationis.

Operepræciū in præfationis vestibulo
priusquā ad scopū instituti peruenia-
mus, de mēdicatione tāisper (dū locus exi-
git) cōmemorare: quā diuersi diuersas ob-
causas

PAUPERVM HYPERIORVM.

causas amplectuntur. Diuites nōnunq; oc-
culto Sācti Spiritus consilio, nobis incogni-
to, in augmentū meriti, mēdicationē simul
cū peregrinatione vltro suscipiūt, vt hac ra-
tione uel peccata redimāt, vel gratiā auge-
ant. Verū ea sicut est rara: ita forte plus mi-
randa q; facile imitāda. Nulli tamē qua itur
ad salutē via procludēda. Fieri enim posset
vt oībus contemptis, diues, vel mendicādo
vel peregrinādo, per humilitatis, laboris ac
verecundiæ tolerantiā, deo multū placeat.
Sic nobilem illū erronē Alexium ciuē Ro-
manū mendicasse: multorū opinio, non (vt
reor) apocrypha testat̄. Sic quoq; apud Hie-
ronymū in epistola ad Oceanū Fabiolā vir-
ginem in volūtaria paupertate legimus mē-
dicasse, quæ suis oībus pro Christo alaci-
ter fusis, optabat stipem accipere. Paulam
quoq; sic in largiendo fuisse profusim, eodē
authore cognoscimus, vt mendicāsipsa mo-
rereretur, ac in funere suo aliena in sindone in-
uolueretur. Quod si alios quoq; autentico
sacræ scripturæ testimonio, sua sponte mē-
dicasse fuerit probabile, non propterea ta-
mē facile in cōsuetudinē trahendū, ne forte
sub pietatis prætextu (vt fieri potest) huma-
no more in errorē prolabamur. Porro non
oīa (vt ait ad Cōsentiu Augustinus) quæ a

A. iiiij. sanctis

LIBER DE SUBVENTIONE
sanctis facta legimus, transferre debemus ad
mores. Nam Marcus non proinde imitandus
quia police praecidit; sed neque Sanson, qui se
simul cum alijs in ruinā pertraxit. Ad hæc
si veris rationibus mendicationis vim expē
damus, euangelio eam compresumus per se
abscq̄ humilitatis, patientiæ, & verecūdīæ
adminiculis, non admodū facere ad beatitu
dinē. Quod vel Lazari liquet exēplo q̄ nō
ideo habitus est beatior, quia mendicus, q̄
Abrahā diuitijs abūdās; cū nō Abrahā in si
nu Lazarī; sed in sinu Abrahæ Lazarus quie
tē adipisci meruit. Vnde Gregorius. Pau
per ad requiē Lazarus venerat, diues tamē
Abrahā in sinu Lazarū tenebat. Neque cre
dendū reor ab angelis in sinu Abrahæ ideo
Lazarū trāflatū, quia aliquādo mēdicasset;
sed q̄ paupertatis crucem ac vitæ varias in
paupertate miserias, & quanimiter pertuliss
set. Sed de hoc satis, ut opinor, multa; immo
vereor (ut ait Comicus) ne quid nimis. Sunt
præterea cōplures vbiq̄ vere inopes debi
lesq̄ abscq̄ villo præsidio, quibus (ne per ino
piā pereāt) in remediū necessitatis, mendici
cationem addicendā nō inficiamur, ut salue
tur vita alioqui periclitatura. Est nimirum
mendicatio, species quædā prouidentiæ (si
zatione regatur) ad vitæ sustentationem in
egestate

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M .

egestate, vbi aliter in opere non succurritur, nō tā vtilis q̄ licita æquitate naturali. Reue ra homo ad sui conseruationē conditus est, cui proinde præcipua cura esse debet: sibi necessaria, quavis ratione prouidendi. Fit utiq̄ nō abs re ut alienā ille opem interpellat, qui nulla industria vitā suā tueri queat. Atqui nō est cur adeo quispiā mendicitatē expetat. Nēpe cuius periculo sapiēs Solomon attonitus, obnīxe orabat a se illā tollit: vnde ait, Mendicitatē & diuitias ne dede- ris mihi. Et causam profert dicens: Ne for- te egestate cōpulsus furer, & periurē nomē dei mei. Ecce quantopere tā mendicitatē q̄ diuitias fugiebat, tanq̄ duo extrema vitio- sa, optans solū vitæ necessaria, quasi mediū vtrinq̄ vitiorū redactū. Proinde ipsi vide- rint, qui incertū malū victū anxie mendici- cādo per plateas querere, q̄ domi certū gra- tis acceptare. Sane nō procul absunt a mag- no periculo, nēpe tentādi deū. Quoniam (si Augustino accedimus) deū illi tentāt q̄ du- bio se mortis, aut mortalis peccati periculo exponūt: dū alia id via euadere, & periculū subterfugere humana ratione valeāt. Id v- ticq̄ facere vident̄ q̄ mēdicitatis discrimina instar Solomonis nō abhorrent: sed potius eligūt dubiū victum, certo ac præsentaneo
præfe-

LIBER DE SUBVENTIONE

præferentes. Neq; valet excusationis ratio
quā allegāt dicētes, fidelū eleemosynis si-
dēdū. Porro in exordio nascentis Ecclesiæ
dū teste Hieronymo maioris erant charita-
ris Christiani, q; nūc sunt: pfectissimi quicq;
religiosi, nō perinde sancti pauperes ele-
mosynis fidebāt quin sepius pro victu labo-
rarēt, ne quēq; grauarēt. Qua igitur ratio-
ne qui certū repudiāt vsq; adeo incerte be-
nifientię cōfident, & præsertim hac tēpe-
state quo Christiana refriguit charitas, &
religiolapsa est: Postremo sunt qui mendi-
cationē sectātur, nō quidem vel religionis,
vel necessitatis causa; sed fouendi ocn, ac ini-
quitatis velandæ gratia. Huiusmodi sunt
pseudopauperes ac personatī inopes, q; totā
vitā male seriātes, sub tegmine mēdicitatis
desidiā, & scelus omne caute obducūt, atq;
adumbrāt, magno Reipublicæ dispēndio.
Quibus proinde mēdicationio, iterdicēda, ne
bonorū beneficiū in maleficiū cōuertāt. O
gū foret mēdicationis vim explicare, q; vel
sola ī causa fuit cur ab officinīs opificū mer-
cēnarij sese abducerēt: cur famuli famuleq;
sua ciuibus seruitia subtraherēt; in quæstu
mēdicationis, tāq; in prouētuoso vectigali
spē fidutiāq; omnē collocātes. Sed & eo p-
ducta res erat, vt ad mēdicationē pociū de-
uoluti

P A U P E R U M H Y P E R I O R U M .
uoluti, nūq̄ inde quātūlibet admoniti descī
scerēt: quin veluti in scōeno scropha conti-
nue in ea delectarent: adeo, vt suā miseriā.
ne cū diuitū quidē cōditione optarēt cōmu-
tatā. Deniq̄ eo turpitudinis vētū erat, vt te-
nerā pubē (quā ad virtutem natura genuit)
parentes male instituti, longe peius institu-
erent, nēpe vitiosam mendicationis artem:
vbi a teneris vnguiculis ephæbi discerēt in
genuū abdicare pudorē, verecūdiā, pījcere
frontē pfricare, cū marcido ocio simul desī-
diā imbibere, furto, mendacijs, insolētijs q̄
naturā assuefacere; in summa, vitiorū fere
oīm ansam acceptare. Nihil profecto tam
prōpte q̄ turpitudinem insumūt adolescen-
tes, at nihil æque difficile deserūt. Profecto
plusq̄ arduū est ab ijs quēq̄ reuellere vitijs
quæ longo vſu in naturā abierunt.

¶ Pauperes veluti orphanos, publicorum
tutorum ope, & cura iuandos.

Certū est bonā pauperū partē tā esse re-
crū gerēdarū imperitā, tāq̄ prudentiæ
inopē: vt nulla prorsus ratione sibi suisq̄ re-
bus probe prospicere queat. Nō suū obire
munus, nō victū parare, non illū frugaliter
(vt par est) absumere, sed in præposterum
vsum plērunq̄ expendere. Hoc enim fere
omnibus peculiare vitium est mendicis,
q̄ par-

LIBER DE SUBVENTIONE
q̄ parsimoniā nesciant nisi coactā. Oīa ven-
tri, oīa palato, parsimoniæ nihil tribuunt.
Quo fit vt plærūq; duriter esuriant. Famē
inter cætera quæ molestiā adferūt, impatiē-
tius ferūt: voluptatē insolētius: egere nesci-
unt: abūdare non norūt: sine crastini cura,
pro suo genio in diē viuūt: nihil pensi, nihil
salis habentes. Præteritorum immemores,
malorū futurorū improuidi, suā dilapidāt,
aliena plusquā auide petunt, oīa prodigali-
ter decoquūt, atq; profundunt, nihil sibi in
futurū reseruātes: vt qui more formicarum
colligere nesciant in æstate, vnde in hyeme
viuāt. Merito proinde non tā condolendū
illis, q̄ succurrentum: quippe quos cernere
est plus q̄ orphanos, omni vndiq; præsidio
deltitutos, mundo rejectos, ac veluti um-
bras quasdā defunctas, honorū vsquequaq;
patrociniū interpellātes. O vere pauperes,
nomine quidē & re, vtpote ex alijs depen-
dentes: quorū vita & salus in aliorum præsi-
dijs sita est. Illos itaq; vt iuuemus, tanq; vir-
tutis exercēdē materiā nobis deus reliquos
fecit. Illos nobis curæ esse voluit: nēpe qui
per ignorantia se se curare nesciūt. Q; misé-
ros: sed dignos vtiq; q̄s mīa prosequamur:
quos beneficentia facillemur, atq; in quib⁹
illā nō despiciamus naturā, quā rerū cōdi-
tor

P A V P E R U M H Y P E R I O R U M .
tor suā fecit. Profecto quos ad usq; vitæ pē-
rīculū negligimus, germani nobis sunt : qd
pe qui cōmūnē in cōelis nobiscū patrem ha-
bent, qui eiusdē nobiscū corporis sunt mē-
bra, q cōmuni spiritu vegetant̄, eodē Chri-
sti sanguine redēpti, eodē fonte renati, ijs-
dē nobiscū sacramētis iniciati, ijsdē donati-
uis ornatī. Quid quæso surda aure illorum
singultus, quid oculis plusquā lippis illorū
extenuatos fame artus præterimus: quasi il-
lorū nostra nihil intersit, quos quotidie pa-
timur. (vtinā citra nostrā culpā) siti, fame,
& nuditate tabescere. Quorsum spectat il-
la vox: tibi derelictus est pauper, orphano-
tu eris adiutor. Quid nobis plus mystice in-
culcant literæ: qd ut mīam faciamus, vt pau-
perū simus memores, lapsos releuemus, de-
uiantes ab errore retrahamus. Alioqui, fu-
turū vt illorū vitia nō tā ipsis qd nobis impu-
tari iuste queant. Decet itaq; pariter & ex-
pedit ad morē pupillorū aliquot subsidiari
os illorū necessitatibus subuenire: vt a cala-
mitatū pōdere vtcūq; subleuat̄, minus sint
q antea miseri. Quod si bona ratione in sui
custodiā puero bene nato peculiaris depu-
taſ pedagogus: si brutis animatibus, vt op̄i-
lio ouibus, thauris armētarius, asinis &c e-
quis agaso cōsignatus: quid obsecro in cau-
ſa

LIBER DE SVBVENTIONE
sa cur egeni (nobiscū enim hoīes sunt) soli
vbiq; gentiū, sine custode, absq; curatore,
vltro citroq; cursitantes, negliguntur: Ope
repreciū certe est, vt quos priuata tutela ne
gligit: publica recipiat, ne tabescāt contēp-
ti, ne p̄ditū eant neglecti: quos præseruare
magis, q̄ a calamitatū p̄dete releuare, ger-
mana nos hortat̄ charitas. Quāuis enī pœ-
nia multis per se malis obnoxia est: magnā
tamen angustiarū partē adimit subuentio:
dū mutuis officijs, alius aliū, aut consolatur
aut adiuuat. Et quoniā nemo vñus, tāta p̄
ditus prudentia, nemo tā multis adornatus
fortunis, qui huic muneri gerēdo par effet:
multorū proinde opus erat p̄fido: qui ve-
luti tutores publici, publicū ciuitatis bonū,
communi suffragio administrarent, & tu-
tarentur.

¶ Aedicto Cæsaris arcendi procul a
regno mendicatores validi.

Quoniam debilibus, morbo vel ætate
fractis, nulla virtute victū sibi para-
re valētibus, eleemosynas erogandas ponti-
ficia iura decernūt: robustosq; illas accipiē-
tes inter fures sacrilegosq; commemorant:
ea propter Clementissimus Cæsar Canonis-
ca sequutus decreta, iam ad suorum salu-
tem, statuit validos mendicos (ob atrocia
quæ

PAUPERVM HYPERIORVM:
quæ s̄æpe designant facinora) procul a regno proscribendos: vt vel sic adempta illis mendicandi licentia, tranquillitas vbiique sit maior in populo: & pietatis quæstus vere egenis accedat prouentuosior. Verum hactenus ea in re plus satis dissimulatum, nisi mis̄er dormitum: forte illorum negligētia, qui gladium habent in terrorem malefactorum, conseruationēq; bonorum. Fit enim modo nescio quo, vt pauci admodum in illorum vitam requirant, pauci errores illorum corrigant, immo prætereunt cālignantibus oculis, perinde ac indignos: in quos interim, cum graui periculo sui, & absque ullo quæstu animaduertunt. Cæterum quoniam non omnibus omnium mendicorum tollendis erroribus visum sit Cæsareū illud ædictum suffecturum (quippe quod in validos dumtaxat latum fuerat) ideo ut aliorum quoque publica deraderentur deikrimenta alijs atque alijs adhuc opus erat adminiculis, quibus perinde ac cancellis, no centes ab insolentijs coerceri possent.

¶ De quattuor pauperum præfectis, a cordatissimo Senatu, ad publicā vtilitatē creatis.

Quoniā præcipuum Senatus munus hoc est, vt nō solū Reipublice vtilitatem

LIBER DE SVVENTIONE
tem tueātur, verūetiā florentiore reddant:
ideo in cōmune ciuitatis cōpendiū, paupe-
ribus his nostris (qui cū dāno mendicitatis,
non tā malis moribus, q̄ molestijs rempub-
licā infestarunt) duximus prospiciendū. Et
ne nobis alioquin occupatis, id minus pro-
cederet, iam decreuimus, non absq; maturo
consilio, legitimisq; rationibus: quattuor
boni testimonij viros, ex primoribus vrbis
fide integra, illibatae famæ, ac vitæ inculpa-
tæ cōmuni suffragio deligendos: quibus au-
toritate qua fungimur, officia, circa paupe-
rum administrationem delegauimus diligē-
ter obeunda.

Quæ officia pauperū p̄fectis delegata:
Primū aut̄ esto: vt tanq; parentes publi-
cī nostræ ciuitatis pauperibus perinde
ac in filios adoptiuos (tales quidē sunt) pa-
terno zelo affecti, victū, amictū, cæteraq;
vitæ commoda prout necessitatís ratio ef-
flagitabit frugaliter, & citra delectū prospí-
ciant: vt cuiq; quod naturæ satis sit collato:
in ciuitate nemo vsq; mendicus conspiciat.
Insup distinctos, vagos, discolos, sibi alijsq;
inutiles, fruges consumere solitos, vt ad cō-
positā frugalēq; vitā redeāt, vt parsimonie
studio voluptatis titillationē compescant:
magnopere admoneāt, instillentq; illorū au-
ribus

PAUPERVM HYPERIORVM

ribus, nihil perinde pauperum interesse, ac honeste & frugaliter viuere. Prætereant nullus pensi, nulliusq; salis helluones quibus res domeistica curæ nō est, quibus inter dīgitos oīa incaute elabuntur, ad habēdā suā familiā rationem: admonitos esse cōuenit. Nullū vtiq; efficatius incantamentū bona hortatione: quippe q; male sibi consciōs, ad meliorē sāpe frugē extimulat, & vrget. Ilud quoq; inter cetera maxime curandū, vt adolescentes (pro sua quemq; natura) vel ad scolas dirigāt, vbi simul Christū imbibant & bonas literas condiscāt: vel ad mechanicas artes eos (si rudes ingenio sint) destinēt, vbi sub artificib; mērentes opera quæuis cellularia, sedentariāvediscāt, quibus in totā vitā sibi prospiciant. Ea demū res geminū adferet beneficiū, adolescentibus scilicet ex industria quæstū, & ciuitati ex non concesso ocio gloriā. Sane ad modū Xenophon præcipuam Reipublicæ spem tradit esse sitā in honesta puerorū ædicatione: neq; parū interesse quibus morib; quibusue artibus instituantur. Reuera plus est bene institui, q; bene nasci. Cæterū indisciplinatos senes, malorū inueteratos, quorū iuuentus infelicitate in errorib; fere consumpta est ad rectū virtutis callē, tā auxilio q; consilio

B reducant

LIBER DE SUBVENTIONE

reducāt. Ephæbos aut̄ malorū sodalitio de
prauatos, loca vitiorū cōscia, cū pecuniarū
animarūq; dispendio frequentātes, ita tra-
ctēt: vt nihil sit illis amplius cōmune cū im-
probis. Sed & validos mendicatores quos
piget quicq; facere, pro victu parando, co-
gāt ad opera manuaria: ne suo & Reipubli-
cæ malo perniciosum ociū, ex honorū elec-
mosynis flagitiose foueāt: ne ex fruge bono-
rū, sibi messem colligant. Postremo illorū
partes erunt, vt insolentes, sanis rationibus
bonisq; cōsilijs: nihil audientes, cēsoria vir-
ga (sicut par est) moderate corrip̄ant: ne in-
castigati peiores euadant. Ideo nimirū in ci-
uitatibus vbiq; censores, atq; legum ideo in-
uenti cancelli: vt a recto praeuaricantes iu-
ste corrigitur.

¶ De publico selectorū confessu ad cau-
sas pauperum pertractandas.

Illorū quoq; intererit vt multorū votis
satisfacturi, bis per singulas hebdomadas
ad causas pauperū tractandas publicitus, in
cōclauio oībus per uno, simul cōsideāt: vbi
quoscūq; iuste iuxta ac iniuste lamentātes,
ac lamentationis contextū, leniter accipiāt
absq; vultus vlla ferocia: vt nemo quantūli
het morosus, nō nisi consolatus, cōpositus,
ac quatenus per rationē licebit, voti cōpos-
illinc

P A V P E R U M H Y P E R I O R U M.

illinc discedat vñq. Pulchrū certe & laudabile magnis viris in huiusmodi publicis obuersari functionibus, que nō propterea p̄nitendæ, q̄ ibidem pauperū dūtaxat humilia pertractentur negotia; immo ob id magis estimandæ q̄ solū in dei gratiā, citra vllū quæltū, & absq; tēporaria mercede, gna uiter administrant. Sūt vticq; pauperes iuxta ac diuites ciuitatis membra, quorū prīnde ratiō habenda, & eo quidē magis: quo cæteris amplius indigent. Et vt concordibus animis citra vllam controuersiam, que ad pauperum compendium pertinent; sano multorū cōsilio, & auctoritate omnia gerātur decet: pariter & licet templorum præsides, & qui sacras agunt contiones, immo et alios ecclesiasticæ dignitatis mystas (qui bus primariō iure pauperum cura delegatur) ad conselium hunc publicum adhortari, & conuocare: vt vél sic communis pauperum causa communi vtrorūq; tam spiritalium quā ſecularium patrocinio adiuuetur. Plurimum nāq; sapientū consultationes in vñū collatæ, ad dubias causas, nodosq; reitu extricādos, oppido sunt conducibiles: arduisq; rebus administrandis affatim ſalutares. Nemo ſiquidem ſolus ſatis sapit. Quare ſcīte Philosophus Libro tertio,

LIBER DE SUBVENTIONE
Politicoꝝ: uno, inquit, duos sunt meliores.
¶ De subdelegatis ad curam pau-
perum creatis.

VT negotiū incœptū, sane difficile, fœ
licius, accuratiusq; tractaretur: visum
est conducere, ex singulis parrochijs, quat-
tuor in cōsortium ministerij subsidiarios,
multis annis circa egenorū curā, eleemosy-
narūq; distributionē probe obuersatos, sibi
coassumere. Qui vtī huic muneri obeūdo
optime quadrarent: ita optimū haberēt ob
sequēdi pauperibus zelum. Vnde factum
est, vt illis ideo prouincia per præfектos de
legata fuerit, egenorū casulas, officinas, &
tuguria inuisere, diligenterq; obseruare, v
bi, quid, & quantū cuiq; opis & præsidij
foret impariēdū: deniq; statū, valetudinē,
domestica grauamina, mores, &c (quatenus
fieri posset) merita, certis argumentis colli-
gere: tabellis quoq; ad id paratis inscribere
& statuto die, rei summā, primoribus pau-
perum patronis præsentare.

¶ Defunctione subsidiariorum,
Svo isti officio satis superq; functi, sta-
tim diligēti exploratione oīa peruesti-
garunt. Vnde rogātibus quotus esset in ci-
uitate numerus egenorū: responderūt, mul-
to maiorē, q; vt facile posset educari, & pro-
be cu-

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M.

be curari. Proinde illorū ad sustentationē, opus esse cōmuni quodā ærario, communi oīm cōsensu per magistratus & Senatū instituendo: quod pauperū necessitatibus auxiliaturū, hisce rationibus facile pararetur,

¶ Quibus medijs collecticia coacer-
uaretur pecunia.

C Oaceruanda quidē sic. Pauperū quæ
stores in sua quisq; parrochia, semel in
hebdomada, domos ciuium, eleemosynā in
subsidiū pauperū petituri: circuibūt. Idēi
dē diebus festis, eo potissimū tēpore quo sa-
cra celebrātur: viritim stipē, in usus egeno-
rū, corrogabūt. Præterea singulis templis,
singulas quoq; capsulas, p̄veteri more col-
locabūt: in quas quātū quisq; volet donari
orū clam reponet. Profuturū quoq; nō me-
diocriter ad prouentū augendum, si paro-
chi & Euāgelici præcones, tam in publicis
contionibus, q̄ priuatis colloquijs: auxiliū
cōsiliumq; accommodarent. Quippe quorū
viua vox, plus habet energiæ, & fidei: q̄ e-
genorum suspīriā, singultus, & mille lamē-
ta: plusq; efficit, quā tragica illa miserorū
vociferatio. Cæterū si ea eleemosynarum
pars, quæ ex viscerationib; alijsq; rebus
in vagum usum a testatorib; derelicta, ad
cōmunē pauperū crumenā trāsferretur: ce-

B. iiij. teris.

L I B E R I D E S V B V E N T I O N E
teris vbiq; partibus (quibus ex ordinatione
fundatoris debetur) fideliter applicatis.

De alendis domi pauperibus, & eorū
discursibus cohibendis, ædictum.

H Isce rationibus parta ea pecuniarum
quantitate, ex populi in hoc negotio
exposita largitate, quæ huic ordinationi in
itiū dare, & iam vrgēti pauperū necessitatī
putaref sufficere: decretū huiusmodi præ
conaria voce promulgatū est. Nos Senato
res vrbis, qua iam fungimur auctoritate in
Republica administranda constitūmus, &
mandamus (is enim est loquēdi mos) vt hu
iis nostræ ciuitatis, plebei pauperes, a pub
lica mendicatione posthac abstineant: libe
rosq; suos ab eadem arceant: domi in quiete
gratis se pasci, & necessitati suæ quæ ad vi
ctum amictumq; pertinent, per publicā cu
ram, & idoneos dispensatores prouideri pa
tienter ferant: alioquin iustum animaduer
sionem non euasuri.

Vnde hæc noua lex orta.

N Isi enim agminatum vitia, prauicq; mo
res vndiq; inter pauperes succreuis
sent: superuacanea certe foret isthæc viuen
di institutio: quæ ad abradendos sanādosq;
egenorum morbos, perinde ac salubre anti
dotum inuenta est. Etenim quia vbiq; loco
ruen

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M.

rū ignauī validiçp mēdici, laboris expertes,
in secordia & ocio, molliter cū magno mul-
torū incōmodo vitā agebāt, alienū cibū tā-
quā inutiles fuci arrodentes : semper vagi,
semper instabiles, sine vlliis cēsura, sine ve-
recundia, quorsum vellent pro sua libidine
cursitantes: nihilçp nō sibi licere putantes:
qui rē impudēter partā, longe profunderēt
impudētius, nēpe in vsum culpæ, alea, com-
messatione, ebrietate, alijsçp nō nominādis
vitij: ideo certe inuēta est lex quæ errori-
bus obuiā iret, quæ improbos ab ocio ad la-
borē: de voluptate ad parsimoniam: de vaga
mēdicatione, ad cōpositā vitam reduceret.
Fœlix proinde politia hæc nostra, q̄ instar
humanarū legū ex malis moribus orta est.

D E C V R A C I R C A V E- C V N D O S H A B E N D A.

Q Via multos cernere est, natura tā ve-
recūdos, tāçp pusillanimes, vt suā ma-
gis celare q̄ propalare velint inopiam, do-
mī parce, & duriter in angustia vitam degē-
tes: horum gratia decretū est occultos ex-
plorare inopes, illos inuisere qui erubescūt
videri: illis tribuere qui verecundātur acci-
pere: deniq; eorum adire limina, qui nec au-
res, nec fores nostras pulsare ausint. Neq;
duximus differendum, donec suam ipsi in-
B. iiiij. digentiā

LIBER DE SUBVENTIONE

digētiam, cum iactura pudoris cogātur exponere: sed clāculum eis sine dāno verecundiæ, tempestiue subueniendū: ne incuria nostra tabescant neglecti, quos charitatis sollicitudo cōmendat iuuandos. Nec aliter vñq̄ quispiā mīæ censendus zelator: sed nec germane Christianus: nisi aliorū angustias ī se, tāquā proprias, experiatur. Tunc demū Christiana charitas testabif̄ vnius nos corporis, atq̄ capitis mēbra: si mutuis officijs, alter alterius subleuemus incōmoda.

¶ De multiplici confugio pauperum in necessitate.

AD hāc, egenis nostris (cuiq̄ pro suo arbitrio) liberū esto adire q̄slibet honestę cōuersatiōis viros, ī primis munerarios illos publicos, parochos cōcionatores, ac p̄bos vicinos, quibus suas exponant necessitates: vt ita de statu familię, & rerū penuria facti certiores, cōtinuo inopiā ad præfectos referant, prompto patrocínio resartiendā. Porro hi egenis pro sua virili prospectū curabunt, & quæ ad subventionē pertinent, quāto poterunt compendio prouidebunt: nēpe vt famē vīctus præueniat: vt eleemosyna citius erogetur, quā anxie rogetur: de niq̄ vt necessitatē (quæ plæruntq; ad turpia cogit) anticipet tempestiua subuentio. Serū vtique

P A V P E R U M H Y P E R I O R U M,
vtiq̄ beneficium, immo vix beneficium:
quod cuiquā in necessitate impenditur.

¶ Qua ratione publica mendici-
catio antiquanda.

Qum multis s̄æpe rationib⁹ iustisq̄
legibus tentatū foret, ad honestioris
vitæ institutum pauperes reducere: non ita
prorsus successit, quin irrito labore omne
studium sine fructu deficeret, adeo ut nullū
res sortita sit effectū, donec per subuentio-
nis remediū, ad mendicationis antiquatio-
nē ventū esset. Nunc aut̄ Dei benignitate
& deuotę plebis beneficētia, pauperum ne-
cessitatibus conuenienter prospectum est.
Quo fit ut ostiaria illa mendicatio, multo-
rū viciorum, sentina legitima ratione tolli
queat. Qua enim ratione licebit prospice-
re ne quis egeat: eadē quoque ne quis men-
dicet cauere licebit. Si curare expedit ne
sint penitus miseri: quin etiā curare expe-
dit ne videantur mendicando miseri? Si so-
la necessitas (ut ait Seneca) egentē cogit mē-
dicare, nec quæuis sit ad mendicandū occa-
sio efficacior q̄ indigētia: cur obsecro ī om-
nē vitam prospectos, iniquū fuerit ab infa-
mia publica mendicationis ciuiū legibus
coercere? Quid sibi vult non indigere, &
quotidie ut pseudopauperes, domos diuitū
ambire

LIBER DE SUBVENTIONE

ambire, quotidie plateas sub indigentie p-
textu obambulare, quasi victum non habē-
tes ut semper petendo, semper accipiāt: &
ultra quā status exigit habere contendant:
Scurrilitatem certe sapit, immo plane syco-
phanticum est aliunde morose postulare,
quod domi, sine labore saluoq; pudore, gra-
tis licet inuenire. Pauperis enim refert pro
sua conditione, quæ modica est, modicis es-
se contentum. Nā teste Gregorio, valde su-
perbire: est extra metas inopiae postulare.
Profecto dolo aufertur, quod vel ementita
paupertate, vel simulata sanctitate impetra-
tur. Optimum autem fuerit sanctorū pau-
perum modestiā imitari: qui in primitiua
ecclesia Hierosolymis ad fidē cōuersi, data
viuebant eleemosyna contenti, nusquā cur-
fitantes, nusquā mendicātes: sed domi in pa-
ce, quiete & gratiarum actione, orationi-
bus, & contemplationi vacantes.

¶ Apud Aethnicos olim mendi-
catio non recepta.

Quoniam ociosam atq; ignauam cū suo
& aliorū incommodo vitam trāsige-
rēt: ideo politicus ille Plato, mendicos om-
nes a Republica sua censuit expellendos: ut
quantum posset minimam haberet ocioso-
rum turbam. Sed & Massilienses omnium
opinione

P A V R E R V M H Y P E R I O R V M
opinione cordatissimi, ita suæ prospexerat
ciuitati; vt nullū mendicis, aut alioqui inus-
tilibus aditū præstarēt. Atheniensium quoq;
magistratus, sic ciuibus prouiderat: vt ne li-
ceret quidē illis vspiā mendicare. Roma-
nus identidē populus, cauit ne vsquā in ur-
be mendicus conspiceretur. Super hęc Mo-
saica olim sanctione cogebātur Iudæi suo-
rū pauperū ita habere rationē: quo minus
in opprobiū suæ legis mendicare compel-
lerentur. Vnde est illud in Deuteronomio
capite. xv. Non erit inter vos mendicus, &
egenus. Quid itaq; obstare queat quo mi-
nus id in Christianismo licebit: quod in gē-
tilicio vscq; adeo legimus commendatum.

¶ Apud Christianos mendicatio ciuiū
legibus licite coercenda.

PVblicæ mendicationis licentiam posse
ciuiū legibus cohiberi: ad liquidū ostē-
dit, ille absolutus Theologus sine vlla con-
trouersia doctissimus, Magister Io. Maior
qui i capite de eleemosyna ait. Si princeps
vel cōmunitas statuat, ne sit mēdicus in sua
patria, & prouideatur impotentibus: pro-
beagit, & quod quidē licet. Sic facit Episco-
pus ille Grauacensis, qui validis artem quā
exerceat, parando victui inuenit. Reliqs
autem vel morbo, vel ētate fractos, quibus
deest

L I B E R D E S V B V E N T I O N E
deest laborandi robur, eleemosina nutrit
qui pro alijs domi orationibus vacant.

¶ De reddenda pecuniarum
ratione per syndicos.

Qvia alienæ pecuniæ cōrectatio vt
plurimū non vacat suspitione, quip
pe quæ multos in calumniā ac famæ discri-
men pertraxit: ideo ne apud populum ma-
le audiant, ne male traducantur, ne ve syndi-
ci credantur parū esse bonę fidei: decretum
est prudētissime per Senatū (qui, id est in ci-
uitate, quod anima in corpore) de oībus, tā
collectis, q̄ in vsum pauperū dispensatis, v-
nā atque alterā publice, coram magistrati-
bus fieri statis quidē temporibus rationē.
V nā scilicet per præfectos quolibet sene-
stri: alterā vero per administros, vno quo-
que mēse, etiā palam, coram præfectis, ad
hoc legitime deputatis, nō secus ac fieri cō-
suevit, de publicis vectigalibus, ad ciuitatē
vel principē pertinētibus. Absit igitur vt
temere quispiā, viris cōmunis cōmodi stu-
diosis labē adpingat aut infamiā illis asper-
gat: quibus plærūque, Cæsarea Maiestas lo-
ge maiora cōcredit, nē pe Reipublicę admi-
nistrazione, & torius oppidi tuitionem.

¶ Non facile vanis delatori-
bus credendum.

Quia

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M .

Via absurdum est malū in bono cogitare, & turpe valde aliā de proximo habere, q̄ de nobis apud homines haberi cupimus, opinionē : ideo oratos oēs cupimus, vt delatoribus q̄ incerta pro certis, & falsa pro veris promiscue, de dispē satoribus eleemosinārū in vulgus spargūt, non facile credant. Sed Alexandrū imitetur Imperatorem, qui ex duabus auribus alterā accusatori præbebat: alterā reo accōmodabat, utriusq; causam volens extēdere, ne faciliter credulitate inaniter caperetur.

¶ Exteris & interis egenis quāliter benefaciendum.

¶ Voniā nulla re magis q̄ beneficētia in proximū promeretur Deus: (qui enim proximū diligit legem adimplēt) ideo nobis visum est pietate in usque quacq; in oēs extendere : sic tamen ut saluo charitatis ordine, nostros indigenas de nobis bene meritos, nobisq; a facie & morib⁹ vtcūq; notos, alienigenis præferamus, cum quibus nulla nobis consuetudo intercedit. Reuera illorum nobis primaria ratio, illorūq; præcipua nobis cura in cūbit: ut pote q̄ nobiscum sunt vnius politici corporis mēbra. Nihil certe obstat quo minus ex æquo de oībus bene mereamur, præter q̄ rerū facultas

L I B E R D E S V B V E N T I O N E
cultas: quæ iā vix tā ampla est vt nostrorū
pauperū indigētæ ad plenū succurrat: tan
tū abest, vt oīm necessitatibus satisfaciat.

¶ Qualiter peregrini, & errones pro ra
tione necessitatis in ciuitate tractādi.

SCientes peregrinorū causam nulla pror
sus ratione negligendam, cupimus vt q
occasione aliqua huc concesserint, admittā
tur quidem in vrbe: sed non pro veteri in
stituto per plateas & compita publice nē
dicare: ne si pristinæ locus licentia detur,
hoc prætextu, tota soluatur nostri institu
ti compositio. Cuiq; aut tantundem eroga
mus: quantum ratio vel necessitas eius, vel
facultatum nostrarum exigit. Viaticū tran
seuntibus, fatigatis quietē, victum, cubicu
lum, & cætera humanitatis obsequia in xe
nodochijs prouidemus. Aegrotos vero, q
bus per langorem vires non sunt quæ pere
grinationi sufficerent, benigniter prospici
mus: nēpe quos bīduo, triduo, quatriduo,
aut longioris temporis interuallo refocilla
mus, donec validiores effecti, valeant pro
suo instituto iter perficere cœptum.

¶ Quibus casibus aduenæ ad inhabi
tandum ciuitatem admittendi:

EOs quidē aduenas qui sola consequē
da eleemosynæ gratia ad hanc inhabi
tandū

P A U P E R U M H Y P E R I O R U M .

tandū vrbē, cū magno grege proliū, adueniūt, nō recipimus: nisi quos iustæ causæ necessitudo, aut multū miseranda calamitas (vt quæ ex bello, naufragio, incēdio, alijsve publicis discriminibus accidunt) in nostrorū pauperum consortium suaserint recipiendos. Et eo dūtaxat numero, qui cōmunis crumenæ facultatem non excedat. Porro vltra vires exigi beneficia debere: non putamus ne dum indiscreta ratione eleemosynas in omnes indifferenter extenderemus; id tandem agamus, quo minus tam intrarijs q̄ extrarijs valeamus sub uenire. Reuera sicut nullus vñus vscq̄ locus: sic nec æraria vspīā vlla, quę capiēdis, alēdīsq̄ omnibus sufficere queant egenis.

¶ Aduenis ab sc̄p consensu Senatus domus non locanda.

PUblico proinde edicto decreuimus: ne quis nostrorū ciuiū aduenis domū, nobis inconsultis, & sine nostro cōsensu, locare præsumat. Alioqui futurū, vt exquotidianā pauperū accessione onus cresceret maius q̄ Pro virib⁹. Habent certe aliæ vrbes sua xenodochia, vbi suos foueāt: habent itē publicas ex viscerationibus eleemosynas: immo quotidie priuatas: denique emolumenta anniuersaria testamento legata: reliquū

LIBER DE SUBVENTIONE

relicuum est ut egenos habeat, in quos sint
benefici:ne vltro videamur, perinde quasi
nobis desint accersere inopes: aut alijs (quæ
hic affatim abundat) exercendę pietatis ma-
teriam detrahere.

¶ De beneficj: que in pauperes nostræ ci-
uitatis ex publica subuentione demandant.

Nunc memorare obiter locus admo-
net vberē bonæ discipline frugē, mul-
tifariāq: beneficiorū abundantia ex prouī-
sione iā quinquennio & eo amplius, in pau-
peres deriuatā. Ecce qui aliquādo ī vtroq:
hoīe duriter affecti, fame, siti, imbre, algo-
re, scabie, pedore, morbo, tristitia, merore,
aut alioquin afflīcti lāguebant: alias humi,
alias sub dio decubantes, sine humano præ-
ficio, consilio, opibus & amicis, iā ī pro ra-
tione necessitatis, cōuenienter prospecti, in
vtrōq: hoīe melius habent. Qui annos plu-
rimos absq: rectore, in perditionē per viti-
orū præcipitia agminatim agebantur: nūc
tutorum freti subsidio, in virtutis viā diri-
guntur. Teneræ ætatis ephæbi a mendica-
tionis fermento ad benigniorē sortē adop-
tati: quibus apti sunt artibus, ad paedagogū
deltinātur pro habitudine ingenij imbuen-
di. Adolescētulæ vero, ne cū ocio simul de-
sidiā discant, pro sua quæq: industria, vel ci-
uium

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M .
uiū obsequijs sese accōmodāt , in seruīt ad
ornandis domibus , parādæ culinæ , aut rei
alioquin v̄ sui futuræ : vel artificū officinis ,
vbi opera dīscāt sexui cōuenientia , mācipā
tur . Quas soluto pudicitiæ freno inopia ad
turpitudinē titillanter extimulauit : a lapsu
data ope subleuātur , Deploratorū hoīm fa
miliæ , frumento , vestitu , lignis , alijsq; vitæ
cōmodis donātur , prēterq; pecunia : que im
probis persæpe vitiorū ansam præbet . Nō
enim semper cuiq; dandū quod multū petit :
sed qđ maxime expedit . Quibus opus ma
nuariū , vxori , & liberis æducādis , victū ad
plenū nō suppeditat : prompte additur , quā
tū videtur sufficere , suppletq; eleemosyna ;
quod nō præstat laboris industria . Exposi
tiuos infantes quos s̄æpenō sine culpa parē
tū destituit impietas , publica frequenter re
cipit ciuitatis pietas : præsertim quādo cau
sæ æquitas subsidiū meretur & gratiā . Fie
ri enim posse , vt (nisi cautio adhiberetur)
nimia pietate malis ad impietatē fenestra a
periretur , ac illorū sceleribus (vt sic dicam)
ceruicalia subderemus , si indiscreta ratione
quasi prodigaliter beneficētiā v̄squequaq;
profunderemus . Et vt a diuerticulo ad viā
vnde paulisper digressi videmur , iterū re
deamus ; qui quondā nulla personarū : loci ,

C au

L I B E R D E S V B V E N T I O N E
aut tēporis habita ratione, fora, vestibula,
tēpla, sacerdotū archana, & Dei cultū, irre-
uerenter īfano strepitu inturbarūt: iā, spi-
ritu renouati, moribusq; imbuti meliorib;
diuorū templorūq; fiūt amātissimī. Deniq;
illa egenorū promiscua turba, iādiu negle-
cta, cōtēpta, oībusfere fastidiosa, ridiculous
vixq; pro hoībus (ne dicā christianis habi-
ta) iā ad certā vitē rationē traducta est, adeo
vt nō lōge absit quin æquā cū diuitibus vi-
deatur sortita conditionē. In summa, quot-
quot subuētionis beneficio potiūt, ad Dei
Opti. Maximiq; venerationē, ad sacramen-
torū participationē, ac honestē vitæ institu-
tū puocāt. Hęc & his plura ex politia pue-
niūt cōmoda, de q; bus (vt ait de Carthagine
Salustius) melius est tacere, q; pauca loqui.

**¶ De calculo commodorum quae ciui-
bus ex politia proueniunt.**

R Eliquū est vt iā saltē perfunctorie, cō
moda aliquot recenseamus: q; in ciues
ex politia vbertim demanāt. Ecce iā (quod
referre delestat) mēdicas, mēdicus, & mē-
dicatio, tria hęc orbis grauamīua; nō vt an-
tea in ciuitate vim suam explicāt. Parasyti
pauperes, mensarū mācipia q; magno quen-
dam Reipublicæ malo, bonorū abutebant
beneficētia, iā mēdicitatis questu frustrati
ad quie-

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M.

ad quietā cōpositāq; vitā traducunt. Quia adulterinas de ementita calamitate tabellas per ciuitates circūferebāt, ex dolo & fraude prouentum facientes. iam exploratorum oculos, censorumq; manus subuerentes, rarius q; olīm ciuibus imponūt. Turpi desidia luxati, alioquin validi, qui quondā mēdicabulo fodebant atq; eo opera manuaria refugerant, iam mendicare prohibiti cursus ad officinas, cursus ad cōpendiosum redeunt laborem, ibi spem fidutiamq; suā collocantes. Cōmutātur cū bono negocio malā ocia, instaurātur officinę opificum, redit officiosa sedulitas. Quos nō puditū est, ex aliorum substātia & sudore in secordia pinguescere, iam ad saniorē mētem redeuntes suis sese laboribus prope pascūt. Quib⁹ vi sum erat alea, ebrietate: & ne quid dicā turpis, supellectileni vniuersam decoquere, iam frugaliores effecti, rē gnauiter augent, domi parsimonia, foris industria, ars dediscitur, quibus aliquando alienis quadrulis, molestie viuebatur, iam bonorum quieti pudo riq; consulit, non obsidentur male feratis parasytis diuitū limina, nō fores pulsantur, nō aures fatigantur egenorū opploratiōnibus, non spoliantur tēpla, nō nudantur altaria. Minus peccāt mali, quietius viuunt

C. iij. boni

LIBER DE SUBVENTIONE

boni, non tot flagitia, nō tot designant̄ hor
rēda facinora; nō vi extūditur eleemosyna,
nō astu, nō impostura simplex fallitur ple-
becula, iam sua debilibus beneficentia salua
est, nemo stipē bonis debitā impudēter pre-
ripit, nemo pauperibus bolū e faucibus in-
tercipit. Diuites iā cura īmunes, qua anxie
torquebantur, veriti ne ociosos pane indig-
nos, suis beneficijs alerent ventres, illius vñ
dic̄ sublata est malæ suspiciois occasio, adē
pta cura, reddita securitas: cū certo sciant id
quod pauperibus erogatur in vitæ vsum ac
cedere, nō in abusum. Tēpla, facella, & ora-
cula, diuino cultui dicata, cōfuso strepitū, et
petacibus mendicorū vocibus prorsus va-
cua, in silentio, pace, quiete & tranquillita-
te frequentatur. Præculæ quibus deū inter-
pellam̄, nullo tumultu, nulla molestia in-
turbant̄. Sed neq; pro valuis, tēplorūq; ve-
stibulis; illa personatorū pauperū portēto-
sa visuntur spectra, vndiq; cruxata, vndiq;
purulenta, oculis horrōre, naribus fetorem
ac teneris fastidium animis ingerentia. Ad-
de q; minus malorū, minusq; collunionisha-
bet Respublica, allegatis tot morbidis: tuti
or est ciuitatis īcolumitas: procul absunt
cōtagiosi quorū sāpe labes clam serpens vt
cācer magnā in plebe iacturā peperit, mul-
tos

P A V P E R V M . H Y P E R I O R V M .
tos in vitæ discrimen pertraxit: deniq; insa-
nabilia plærisq; sui veneni vestigia reliquit
Quin & valetudinaris quibus vires mar-
cent, medicorū, chyrurgorumq; ope succur-
ritur, vt sospitati pristinæ redditū & conua-
lescentes, laboribus perferendis pro victu
parando siāt idonei. Sicherniosis, calculo-
sis, mētagricis, aut alioquin inualidis, publi-
co ære, eodēq; magno subuenitur. Iā fœcū-
dior q; antea eleemosyna quippe quæ bene
collocata vna secū adfert quietē, cōsiliū, au-
xilium, vitę securitatē religionē: atq; i hūc
modū, in beneficio beneficiū seritur, atq; ex
beneficio beneficia plura metuntur. In cō-
mune cōferunt oīa, vt multi inde cōmuni-
cent: multi inde participēt: quisq; tantundē
quantū naturæ satis elt. At neq; ideo p̄eclu-
sa cuiusquā bene mōerendi vía, qui si volet
etiā possit priuatim, quibus visum est stipē
supererogare. Crebris admodū extimulat
populus hortatibus vt pro sua cōditione, et
temporis ratione, obsoniorum reliquias, q; ex
prādijs cōenis, aut opiparis cōuiuijs suplunt
ad egenos largiter trāsmittat, præsertim va-
letudinarios: immo vnū atq; alterū ferculo-
rū missum potius quā reliquias destinet: vt
discāt ciuiū liberi, pauperū frequentare &
amare gurgustia: vt meminerit pater & ma-

C.iiij. terfami

LIBER DE SUBVENTIONE

terfamilias nō solū eleemosynis, sed presen-
taria cōsolatione, visitatiōe obsequijs, ac pi-
etatis officijs, p̄ximorū suorū calamitatum
farcinā releuare. Nūc diuites ex aīo paupe-
ribus bene volūt vtpote a q̄bus nō infestā-
tur vt olim, quādo vix aliter quā importu-
nitate coacti stipē dabāt. Diuitē ergo reci-
proce pauper benevolentia prosequit̄, ceu
benefactorē, cuius beneficio viuit cuius p-
fidio iuuat̄. Illi quicquid habet acceptū re-
fert, illi p̄eculas annumerat, quas perinde
ac gratitudinis symbolū, quāta potest libe-
ralitate p̄soluit. Ideo certe cū diuitibus paup-
eres natura permiscuit: vt adiuitibus pau-
peres beneficiorū fructū multo cū fœnore
diuites a Deo cōsequerent̄. Quid plura. Iā
paupertatis crux leuior ac toleratu facilior
nēpe vbi nemo (nisi subsidiū repudiās) ine-
diā patitur, nemo necessitatistelum. Ita oī-
bus prospicitur vt mēdicare cogatur nemo
modo velit qd naturæ sufficit gratis accep-
tare. Euidēs profecto eximiæ pietatis argu-
mentū, vbi ciuitastanq̄ publica parens. Ita
sua mēbra, immo Christi mēbra, ac potius
ipsummet Christū domi alit: vt nusquā in
cōpitis audiātur, nusquā in plateis pro stipe
manū extēdere videātur. Quid quoq̄ so ma-
gis indecorū, quā magnā Christianorū par-
tem,

PAUPERVM HYPERIORVM.
tē oībus passim & vbiq̄ obuiām vbiq̄ pro
eleemosyna videre supplicantē, tāq̄ nostra
omnino impietate neglectā: ac nulla ope ab
egestatis angustia releuatā: Verū iam mag
na Dei prouidentia: cū paupere aliquāto fœ
licius agitur: vtpote quē perinde ac a Deo
missum omnes certatim complecti conan
tur, nimirum vbi virtutis exercendæ quis
q̄ sibi materiā inueniat. Hæc iterū de vtili
tate politiæ, quæ eo quidē prolixius sumus
prosequuti, quo amplius vbiq̄ nota fiat: bo
ni siquidem ea vis est, vt quo latius diffundi
tur, hoc plus adsert commoditatis.

¶ Qualiter politiæ prospiciendum.

Qvia ad pietatem politia instar huma
narum legum pedagoga est: ideo (ne
onere plus q̄ importabili ledat) prospicien
dū erit, quod facile fiet hac vna via. Si aliqt
exterorum familiæ non recipiantur, quip
pe quæ assidua accessione magis magisq̄ tā
numerum q̄ dispendium augent. Porro sa
tius fuerit aliquos non tam prompte admít
tere, q̄ semel admissos vna cū indigenis ad
famem redigere: immo omnes communi
ter, si mul cū institutione in ruinā pertrahe
re. Reuera nāq̄ tam est habendus ad pauca
mala ex paucorum expulsione respectus, q̄l
ad plurima cōmoda, ex multis nobis ppin

C.iiij. quis

LIBER DE SUBVENTIONE
quis in pace & quiete simul prospectis pro-
uenientia. Nā teste August. in lib. de vera re-
ligione. Qui oībus quos pariter diligit pro-
desse non potest: nisi cōiūctioribus pdesse
malit, iniustus est. Ferendū proinde æqua-
nimitatē tātillū malī: quippe quod plurimis
multorū cōmoditatibus resarcitur. Ad hęc
quotiens duo nobis obueniūt cōmoda, quo
rū alterū alteri longe præpōderat, neq; vi-
res suppetunt vt simul seruentur ambo: vt
alere ex æquo tam interos q̄ exteros, quod
per tenuē prouentū, nulla nobis via conce-
ditur: tūc recta ratio censet minus omitten-
dum, vt seruetur maius. Neq; aliter vnq; in
bona politia fieri consueuit.

¶ De stabilitate politiæ.

E T quoniā quæ ad pauperū subuentio-
nē spectant, iā diligenti cura, fide inte-
gra, & concordibus animis in ciuitate admi-
nistranſ oīa: futurū sperat, vt politia (quiq;
ab hinc annis recepta, æquitati naturæ con-
sentanea, deniq; cōmuni consensu compro-
bata) non deficiet: quin stāte populi in pau-
peres charitate, ipsa quoq; stabit incōcussa.
Stabit aut̄ charitas: si silente pauperum lin-
gua contionatorū vox loquatur, pro egenis
strenue interpellādo. Sic ipsi quoq; in alie-
no negocio, suū agent cōpendiū: sic Dei gra-
tiam

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M .

tiā, & populi benevolentia affatim concilia bunt. Neq; aliter suo satis fungetur officio neq; deuotæ plebis vnq; satisfacent expe cstationi: donec ex animo huic institutioni accedentes, egenorū causæ patrocinabūtur in contionibus ditissimos quosq; hortādo: ut sua abundantia egenorū suppleant in opia. Superflua enim non nobis, sed alijs potius æducandis conueniūt: quod per rerum naturaliū analogiā ad liquidū patet. Nam quemadmodū de superfluo alimenti, natura operatur ad productionē, & nutritionē sibi similis in specie: ita quoq; de superfluo bonorū nostrorum, recta ratio censet ad imitationem naturæ. pauperes nobis specie similes æducandos, & adiuuandos.

¶ Negocium prospiciendi pauperibus longe omnium difficilimum.

F Attemur quidē publicā hanc de prospiciendis egenis functionē magis q; pro opinione arduā: vt pote quæ nō aliter q; plurima industria, sollicitudine, & prudētia rite administrari queat. Quo fit vt cū magno quoq; prouentū, magnos etiā viros requirat: viros inquā publici boni plus q; priuati studiosos. Neq; enī id dixerim q; ab hoc obeundo negocio ullos deterreā, quin magis vt præmoneā rem tantę molis, nō aliter q; con-

LIBER DE SUBVENTIONE

q̄ consultis vndiq̄ virib⁹ mature attentan-
dā. Adeo certe difficultis nō est, quin Dei be-
nignitate, & populi beneficētia in hac re p-
pensa, fœliciter queat in stabilitate sine lap-
ſu permanere. Sæpe vſuuenit vt quæ, in ex-
ordio sunt factū difficultia, eadē (post habitā
terum experientiam) tandem tractu tem-
poris, & assuetudine dulcescunt.

¶ De pauperibus morosis.

SVperest vt de morosis aliquid dicamus
qui tanquā refractarij, legem de non mē
dicando mordicus fugillāt: & quasi suo iu-
re frustrati, ademptam sibi conqueruntur
mendicandi libertatem: qua nimirum alias
nescio quo modo potiti, quod collubitū fue-
rat factitabant, quorūsum vellēt diuagabant
cursitabāt, oīa sibi licere rati. Verū non vt
ipsi putāt, ea est libertas, vbi cuiq; quod lu-
bet licet; immo licētia, qua (vt ait Comicus)
oēs sumus deteriores. Vera enim libertas
rationi subest, quæ nō quantū aut quid lu-
bet: sed quid quātū ve expediat illa semper
exigit. Itaq; si rem velint ad calculū vocare
eāq; veris rationib⁹ expendere: non erit
cur cōquerantur, nil q; de frugali victu la-
mententur: quasi is sit qui dīmidia solū fa-
mē redimat, aut naturæ non sufficiat. Ha-
bent certe forte nō quātū genio: sed quātū
modestiæ

PAUPERVM HYPERIORVM,
modestiae, immo quantū v̄sui satis, nēpe qd
alendae vitae & liberoru⁹ suoru⁹ educationi
necessē sit, adeo vt multos audias, qui rē am
pliorē ne optarint quidē: sed deo de benefi
centia gratis data, gratias agunt legēq; gra
tantur de mendicando antiquatam.

¶ Protestatio Magistratus

Hyperiorum.

PROTESTAMUR IN HUNC SANE LABORIOSAM
prouisionis formam descēdisse nō hoc
consilio, vt ea nūq; vel dispendio vel præiu
dicio foret: sed vt saluo cuiuslibet ordinis
hominis status, & gradus iure, ea ciuitatis
nostræ portio, quæ hactenus vaga neglecta
contempta: omni prorsus auxilio cōsilioq;
destituta: in disciplinæ ciuitatis ordinē, re
spectumq; suscipiatur: vt hac quoq; parte
composita, totum Reipublicæ nostræ cor
pus, quod Deo prouidente, gubernandum
ornandumq; suscepimus, integrismembris
constans ac legitimo ornamenti expolitū,
in optimo paratiſsimis statu crescat, vigeat
& floreat. Vnde Diuini cultus reuerentia,
ac ciuitatis nostræ gloria illuſtrior, celebri
orq; perpetuo habeatur, sed neque his con
ſilijs, tam obſfirmato animo seruire propo
nimus: vt a ſerie, & contextu huius lite
rae nulla ratione, nulliusq; vtilitatis, aut ne
cessitatis

L I B E R D E S V B V E N T I O N E
cessitatis causa discedere nobis non permissemus. Quin seruato semper (quoad vires nos træferent) huius institutionis nostræ scopo (qui in domestica & tranquilla pauperum subuentione cōsistit) si quæ ratio, maturo doctorū consilio, cordatorūq; virorū iudicio concepta, aliquid addi, minui, mutari ve vel utilitatis, vel necessitatis occasio persuaserit: non abhorrebimus, ab una aut altera circumstantia recedere: ut in rem nostram utilior, aut in pauperum compendium succedat fœlicior.

¶ Efflagitatio cōprobationis huius institutionis per almæ facultatis theologie parisiæ iudicij & censuram.

Quod si hæc subventionis forma diuinariū humanarūq; legum sanctiōibus sit consona, si patrū consilijs, ac religiōnis Christianæ per oīa sit cōformis; obnixe oramus vestræ almæ facultatis celsitudinē (quā vniuersus merito veneratur orbis) ut eā candidis iudicij, ac fœlici calculo approbetis: ac eius significationē præsentī libello apponatis: Deū omnipotētē pro hac in nos charitate retributorem, nostræ quoq; ciuitatis affectum propensiōnum, vel triq; studiosissimum semper habituri.

THEO-

PAUPERVM HYPERIORVM.
THEOLOGORVM PARI-
SIENSIS ACADEMIAE
censura responsaria.

Decanus, & sacræ Theologiæ facultas, in
Pariensi studio, vniuersis hoc scriptum
nostrum lecturis, & visuris, S.

Ormā prouisionis pauperum,
per Magistratū Hyperiū indu-
ctā & codice latino qui huic no-
stræ censuræ cōnectitur cōpre-
hensam, rem quidē arduā, sed
utile censemus: piā ac salutarem, nec literis
euāgelicis, apostolicis aut maiorū exēplis
repugnantē: si seruentur quæ subīciuntur.
In primis q̄ tanta sollicitudine & diligētia,
ea forma obseruetur: q̄ pauperibus oībus
ad curā ciuitatis spectantibus, sufficienter,
& honeste prouideatur: neq; vnq̄ indigenę
aut aduenę, siue exteri, ad extremū, aut ex-
tremę propinquā necessitatē huius proui-
sionis gratia redigantur. Proinde vbi æra-
riū cōmune minime suppeteret: prohiben-
da nō esset publica mēdicatio: sed neq; ob-
erarij cōmunisimpositionē deobligati sunt
diuites pauperibus subuenire: quos extre-
ma norint, seu propemodū extrema vrgeri
necessitate. Deinde per præscriptā formam
nullus de bonis suis pro sua deuotione pau-
peri bus

LIBER DE SVBVENTIONE

peribus clam aut palā donare prohibeatur
siue impediatur: nec imponatur pœna vel
mulcta his qui egenis opera impendūt mi-
sericordiæ: ac potius frequenti eadēq; pub-
lica exhortatione moneatur populus de bo-
nis a domino collatis, prompto, & hilari a-
nimo in opibus supererogādo elargiri. Ad
hæc caueāt sæculares Magistratus ne sub pi-
etatis prætextu, aut sub leuādorū inopū,
ausu sacrilego ecclesiārū siue ecclesiastico-
rum prouentus & bona quæcūq; surripere
attractare ve presumant: id quod nō catho-
licorum est virorū fideliū: sed impiorū he-
reticorū Valdēsiū, Viclevistarū, ac Lutera-
norum. Nihilominus tamen nō inficiamur
ecclesiasticis pro suo officio maxime cōpe-
tere pijs operibus deseruire. Postremo, nul-
lo pacto interdicatur publica mēdicatio re-
ligiosorū mendicantiū, ab ecclesia appro-
batorū. Cæterū hac forma a debita subuen-
tione nullatenus secludendi sunt pauperes
vicinorum pagorum quando tanta laborat
inopia, vt ex bonis suis victū nequeāt com-
parare. Tum enim aut mēdicatio illis pub-
lice concedēda est, aut bursæ communis be-
neficio sunt alēdi. Nec abs re. Nā & ciuita-
tes pagis, & pagi ciuitatibus egēt: ciuitates
quocq; ipsæ aliæ aliatum opibus fulciuntur

&

P A V P E R V M H Y P E R I O R V M.
Et quæ modo opulentæ sunt, postmodū ter-
ræ sterilitate, aut alio quoquis euentu fortui-
to, ad inopiā vergunt: ideoq; mutuis subsi-
dijs necesse est eas iuuari. Et humanitatis
certe est: id alijs sponte concedere, quod ve-
lit sibi quis præstari vbi magnopere egeat.
Nec ista sane proponuntur ad huius nouæ
politiae, dissolutionem quæ plurimum do-
mesticę, & tranquillę egenorum subuenti-
oni hac tempestate conferre dignoscitur, et
ex qua bona multa prouenire, & grauia ma-
la tolli constat. Verum vt intelligatur hu-
iusmodi forma prouisionis pauperum ne-
quaquam habēda simpliciter & per omnia
tanquam lex naturę immobilis, a qua nullo
pacto nullove tempore discedere liceat, cū
interpretationem atq; moderationem eius
prudentum ac piorum virorum iudicio re-
linqui oportere exploratum sit, qui pro lo-
corū, tēporū, personarū, ac cæterarū circun-
stantiarū qualitate sua norunt iudicia mo-
derari. Hæc per nos facta & conclusa fuere
in noltro generali confessu apud ædem bea-
ti Maturini Parisijs post missam de defun-
ctis pro nostro more celebratam, die deci-
ma sexta mēsis Ianuarij Anno Domini Mil-
lesimo, Quingentesimo, Tricesimo.

F I N I S.